MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS IV: 1.7. 1.9.)
Melk, um 1470 Seite 37v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



semina diuini succrescerent eloqui.
et plebs gradatim minueret gen
tilitatis usque ad principes populi sancti
uiri fama peruenit: ut ducem quoque
prouincie non lateret. Qui eundem
sanctum uirum sibi presentari iussit: ex
periri cupiens que esset hec doc
trina quam predicabat hactenus
incognita. Erat uero idem princeps
naturali ingenio preditus: licet
gentilitatis errore fedatus. Ad
quem cum a beato uiro peruentum
esset: constanter ei dogma uere re
ligionis insinuare cepit. docens
unum esse deum uisibilis et inuisi
bilis creature auctorem. in trinita
te personarum et unitate diuinitatis
consistentem. ihesum xpm a iudeis cru
cifixum. in una persona uerum deum
uerumque hominem. in natura diui
nitatis equalem patri: in natura
humanitatis factum mortalem: ter
ciam tamen in trinitate personam
per quem rationabilis mortalisque crea
tura. in uidi hostis fraude decep
ta sit misericorditer reparata.

Prefatus autem princeps ad
mirans tanti uiri constan
ciam: et sermonum insupera
bilem ueritatem. quia ut diximus
naturali pollebat ingenio. ueris
se superatum sententiis uidens.
ad tempus eius distulit audicionem.
uolens frequenti apud se tracta
re rimatu. utrum quem kilianus
docebat. an diane cultus preponen
dus foret. Diana nanque apud
illum summa ueneracione habeba
tur. Verum tamen egregius uir iu
gi instancia laborabat. ut deo
redderet animas quas diabolus
perdere conabatur. Lucerna igitur super
candelabrum posita. omnibus resplen
debat. et ciuitas in monte posita
ab omnibus uidebatur. Porro prenomi
natus dux cernens perseuerantiam pre
dicationis egregii uiri. secreto uenit
ad eum cupiens doctrinis eius in
strui: quatinus cognito tramite ue
ritatis abigere ualeret anfractus
erroris. Sed abtissimo uiro ca
tholice fidei documentis diligenter
instructus. primo die dominice
resurrectionis cum multis aliis
dato nomine aqua lotus baptis
matis. absolucionem pristinam per
cepit erroris. sicque contigit ut pe
ne tota prouincia orientalis fracie
relicto demonum cultu diuine re
ligioni operam daret. Obtissimum
uirum apostolice dignitati comparan
dum. Ad iudicium nanque domino ue
niente petrus uideam. andreas
achaiam. ceterique secum diuersa
regna trahent. inter quos beatus kilianus
teutonicam franciam ducit. Quanta e
rit tunc exultacio patris in ple. et
prolis in patre: quando omnibus mundi
consumptis periculis. neque memoria
restabit tribulacionis. Sed iam
tempus est ut ad beati uiri socio
rumque eius martirium succincte pergamus
ita tamen ut moderata breuitas
et studioso lectori satisfaciat: et non
~~fastidioso~~ studioso fastidium tollat.
Predictus dux gohbertus monitu
assiduo beatissimi presulis ad melio
ra de die in diem proficiebat. Erat
illi coniux secundum gentilitatis ritum:
que quondam fratris ipsius coniugio